

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Beatus Iohannis episcopus: sermo in decollatione sancti Iohannis baptiste

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

# INDEX TONE

SANCTI IOHANNIS BAPTISTE

SERMO BEATI IO

HANNIS EPISCOPI

QUOD DICIT NOBIS IO

HANNIS VIRTUS HERO  
DIS FERITAS CUM REFER

TUR. Confusa sunt viscera. corda

tremuerunt. Caligauit uisus.

hebit intellectus. aufugit audi

tus. Aut quid constat insensibus

humanis. quando perdit uirtu

tum magnitudinem. criminum

magnitudo. Herodes inquit te

nuit iohannem. & alligans. posuit

eum in carcerem. Iohannes. scola

uirtutum. magisterium uitae. sci

tatis forma. norma iustitiae.

Virginitatis speculum. pudicitiae

titulus. castitatis exemplum.

Penitentiae uia. peccatorum

uenia. fidei disciplina. Iohannes

maior homine. par angelis. le

gis summa. euangelii satio. apos

tolorum uox. silentium prophe

tarum. Lucerna mundi. prae

cursor iudicis. xpi metator. domin

testis. totius medius trinitatis.

Et hic tantus datur incestui. tra

ditur adulterio. adicitur saltatrici

Merito ergo confusa sunt viscera.

corda tremuerunt. At uero he

rodes profanauit templum. sa

cerdotium sustulit. Confudit

ordinem. temerauit regnum.

Corrupit quicquid erat religio

nis. quod legis. quod uitae. quod

morum. quod fidei. quod discipli

ne. perdidit & confudit.

Herodes sicarius. inciuēs. innobiles

latro. infocios populator.

Indomesticos praedo. plebis uite

remptor. occisor filiorum. in ex

traneos homicida. in proprios par

ricida. inebrians terram cruore

insiti sanguinis permenebat.

Hinc est quod iohannis sanguinem

pium. in poculo crudelitatis absoruit.

Sed ista lectio iam loquitur.

Herodes inquit tenuit iohannem.

& alligauit eum. Qui uincula

soluerit peccatorum. peccatoris

uinculis alligatur. ut uincta uena

locum ueniae non relinquat.

Alligauit eum & posuit in carcerem.

herodes tu adulterium facis. &

in carcerem uadit iohannes.

Sic iudicat sedens in loco iudicis

reus. in loco uindictis innocentiae

persecutor. Rogo. ubi erum

facies. ubi forma. ubi pudor. ubi

existimatio publici cognitoris.

Ubi dominus. ubi homo. ubi fas. ubi lex.

ubi ipsius iura naturae.

Simul omnia sunt herodes. te

agente. te iudicante. te uiuente

confusa. Tenuit inquit iohannem

& alligans posuit eum in carcere.  
**H**erodes te petit causa. te arguit  
uincula. te carcer accusat. te de  
uulgat. producta in publicum poe  
na. Iohannes iniuriatur. causa  
custodiae. quae requirit. in te inue  
nit quod puniat. & in Iohanne  
quod doleat. Iohannes orbi no  
tus. famae uirtute cognitus. cae  
lebratissimus scitatus. dum adtra  
hit ad se inquisitores iniuriae.  
facit ut tuus cunctis innotescat  
incestus. Agit ut te habeat con  
fusio publica. quem corrigere  
non ualuit. secreta correptio & pri  
uata. Herodem Iohannes mom  
tis non accusatione pulsauit. ut  
pote amator castitatis. quem cor  
rigere uoluit non perire.  
**S**ed herodes facibus libidinis ar  
dens. perire maluit quam redire.  
& uxorem fratris in licite posside  
re. & placere captiuis criminum  
innocentiae inimicis. Odiosa  
fit semper libertas. nam uirtus  
contraria uitiosis. Sacri legis  
exosa scitatus. inimica castitas in  
pudicis. Corruptis integritas  
paena. luxuriosis aduersa fru  
galitas. Crudelibus dura  
semper misericordia. impiis  
pietas non ferenda. Probat  
hoc euangelista cum dicit.  
**D**icebat enim Iohannes. Non licet

tibi accipere uxorem philippi  
fratris tui. Ecce unde Iohannes  
offendit. ecce unde herodes furit.  
**M**alos qui monet. offendit. Incur  
rit odium. qui arguit criminosos.  
**D**icebat Iohannes quod erat legis.  
quod iustitiae. quod erat salutis.  
certe quod erat non odii sed amoris.  
**E**cce qualem consecutus est ab im  
pio. pro pietate mercedem.  
**U**olens inquit occidere eum. timuit  
populum. Facile deuiat a iustitia  
qui in causis. nondum sed homines  
formidat. Huic peccandi differt  
facultatem. non aufert uoluntatem.  
**U**nde etiam quos suspendit acrimi  
ne. auidiores reddit ad crimen.  
& aestuat animo. quousque perfi  
ciat quod cogitat malum.  
**S**olus enim dei est timor. qui no  
centes corrigit. fugat crimina.  
in nocentiam seruat. perpetem  
tribuit facultatem. Sed audi  
amus ipsam Iohannis beatissimi  
passionem. Die inquit natalis  
herodis. saltauit herodiades filia  
eius in medio triclinio. & placuit  
herodi & omnibus amicis eius.  
& iure iurando pollicitus est dare  
ei quodcumque postulasset ab eo.  
**A**t illa praemonita a matre sua.  
damaui inquit in disco. caput  
Iohannis baptistae. Haec est.  
mulier antiqua malitia.

quae adam eiecit de paradisi deli-  
cus. Haec caelestes homines. facti  
terrenos. Haec humanum genus  
mersit in infernum. haec uitam  
abstulit mundo. propter unius  
arboris pomum. Hoc malum.  
quod homines ducit ad mortem.  
hoc malum fugit helias prophe-  
ta. & cuius lingua clavis facta  
est caeli. tamquam reus fugit.  
a facie mulieris. Haec inue-  
nit uerum laborem & pressu-  
ram. quae nunc occidit iohan-  
nem baptistam. Deicit pue-  
ritiam. perdit iuuentutem.  
inlicit & inquietat emortua  
senectutem. Praemonita  
inquit a matre sua. damihi  
inquit in disco caput iohannis  
baptiste. Libidine aestuans.  
miscetur ipsa incestui. extinguit  
lucernam mundi. Tunc con-  
tristatus erex uehementer.  
tamen propter iusiurandum.  
& recumbentes. iussit dari.  
Misitque & decollauit iohannem.  
& adlatum est caput eius in disco.  
& datum puellae. Puella autem detulit  
matri suae. Audistis fratris  
quanta nata sit de uoluptate  
crudelitas. de libidine impie-  
tas. adlatum est caput iohan-  
nis in disco qui salutaria mo-  
nita dabat incestui.

Mensa migrat incauam. in her-  
nam uertitur domus. fiunt de-  
pransoribus expectatores.

Muta tur furore conuiuium. sit-  
cibus cedes. uinum transit in  
sanguinem. Finis adponitur  
innatali. in ortu exhibetur occa-  
sus. Conuiuium mutatur  
in homicidium. organa uertun-  
tur in funus. tragoediae perso-  
nant saeculorum. Intra bestia  
non puella. quaerit caput am-  
putare non saltare. Discur-  
rit fera non femina. aspargit  
iubas per ceruices non capillos.  
an fractibus dilatat membra.  
seuitia crescit augmentis.

Fit grandis crudelitate. non cor-  
pore. & singularis fera. usque  
dum capiat praedam. fremit  
ore. dentibus frendit.

Ferrum non suscipit. sed producit.  
Praemonita inquit a matre sua.  
De matris peccato datus mugitum.  
abscedit caput. corpus reliquit  
truncum. Noua belua. quae  
contempta corporis praeda.  
caput ipsa truncatura peruasit.

Verum nequis aestimet. de talibus  
nos uelle declamare. nos  
non declamare. sed uolumus  
clamare. ut festiuitatis ues-  
trae cauta sint gaudia. ues-  
trorumque natalium laetitia.

teneat in exultatione mensuram.  
Epulis uestris intersit xpi. In facie  
prandeatur auctoris. Honestate  
conuiuium. natura ipsa quae  
nos producit honoretur.  
**L**aetitia mensae uestrae. per  
tingat ad pauperes xpi. Famu-  
lia uestra. innocentiae tripudii &  
disciplina. Absit ebrietas.  
luxus absistat. fugetur effusio.  
saltatricum pestis. lenocinia  
cantorum. uoluptatum fomenta  
uentris onera. naufragium men-  
tis. cum herodiadis conuiuio ab-  
scidantur. ut praesens gaudium  
uestrum. ad laetitiam ueniat  
sempiternam. Fratres. hodie  
sermonem tulimus in herodem.  
quia satis auditor intellegit.  
quanta sit gloria martiris.  
quando miseriam persecutoris  
audierit. Verum tamen nos  
conuenit scire. quia iohannes  
de morte sua natus est. & de  
natali suo herodes mortuus est.

LXXII

**I**TEM DE EADEM  
**F**ESTIUITATE CU-  
**I**US SUPRA.

**D**e me quidagam.  
unde sermonis. ex-  
ordium faciam quid  
dicam uel taceam. non enim  
ego tantum instupore mentis  
factus sum. sed & omnes qui au-

dierunt euangelii uocem. & mi-  
rantur mecum. uel iohannis con-  
stantiam. uel herodis leuitatem.  
uel impiarum mulierum ferinam  
dementiam. Quid enim audiui-  
mus. herodes inquit adprehen-  
sum iohannem. posuit in cus-  
todiam. Quam obrem. propter  
herodiadem uxorem philippi  
fratris sui. Et trepidandam  
forsitan leuitatem herodis.  
amiserunt mulieribus induc-  
ti. quidem quis dicat. aut quo  
modo quis enarrat. mulierum  
illarum crudelem malitiam.  
**E**quidem existimo. nullam esse  
in hoc mundo bestiam comparabi-  
lem mulieri malae. Sed nunc  
mihi de mala muliere sermo est.  
non de bona & honesta. Noui  
enim multas bonas & honestas.  
& ordinatas. in omne opus bonum  
promptas. quarum me uitam  
commemorare oportet ad edi-  
ficationem audientium. & ad  
amorem bonorum excitandum.  
mentibus singulorum. Nulla  
ergo in hoc mundo bestia simi-  
lis est mulieri malae.  
**Q**uid inter quadrupedia anima-  
lia leone saeuus. sed nihil  
ad hanc. aut in serpentibus  
quid dracone atrocius. ne hoc  
quidem iuxta mulierem malam.